

totum de auro,<sup>1</sup> positum super unam magnam cathedram, quæ etiam est de auro. Et habent ad collum unam cordam de lapidibus<sup>2</sup> preciosis. Quæ autem corda precium multum et maximum valet.<sup>3</sup> Ejus ecclesia tota est de auro puro. Nam tectum totum est de auro; similiter et pavementum.<sup>4</sup> Ad hoc ydolum orandum occurrunt gentes de longinquo sic christiani de longe vadunt<sup>5</sup> ad Sanctum Petrum. Ipsorum autem ad ydolum venientium alii cum corda ad collum pergunt;<sup>6</sup> alii cum manibus super unam tabulam ad collum ligatam; alii cum cultello in brachio<sup>7</sup> fixo et non remouent usque quo pervenerunt ad ydolum, ita quod totum brachium postea habent marcidum.<sup>8</sup> Alii etiam sunt aliter facientes. Nam exeuntes domum suam faciunt tres passus; in quarto autem faciunt unam<sup>9</sup> veniam ita longam super terram sicut unus illorum esset. Accipiunt insuper unum thuribulum cum incenso etiam igne adolentes desuper illam longitudinem veniæ<sup>10</sup> ipsius. Sic enim faciendo usque ad ydolum ipsi vadunt unde bene magno tempore aliquando differunt ire ad ydolum ipsum cum sic ut dictum est semper faciendo vadunt. Cum autem sic vadunt, volentes aliquid facere signum unum<sup>11</sup> faciunt illic ubi faciunt hoc, ut sciant quantum processerunt. Hoc autem sic ipsi continuant donec ad ipsum ydolum devenerunt.<sup>12</sup>

### 19. *De aliis consuetudinibus ydololatrarum.*

Apud autem ecclesiam ydoli hujus est unus lacus manu factus<sup>13</sup> ad quem accedentes peregrini<sup>14</sup> projiciunt in ipsum aurum vel argentum vel aliquos lapides preciosos. Et hoc faciunt ipsi in honorem ydoli hujus et ecclesie edificationem, unde multum aurum et argentum lapidesque preciosi habentur in isto lacu. Ideoque cum in ecclesia ejus aliquid facere fieri volunt,<sup>15</sup> inquirunt per lacum istum et inveniunt omnia hæc que in ipso sunt projecta. Die autem<sup>16</sup> illo quo hoc ydolum sanctum<sup>17</sup> fuit, accedunt<sup>18</sup> illi de contrata accipientes ipsum de ecclesia, et illud

<sup>1</sup> *Hak.* et *Mus.* purissimo et splendidissimo.

<sup>2</sup> *Hak.* et *Mus.* Chordulam sericam cum lapidibus.

<sup>3</sup> *Hak.* cum lapidibus pretiosissimis quorum aliquis valet plusquam unum regnum.

<sup>4</sup> *Hak.* et *Mus.* et superficies parietum interius et exterius.

<sup>5</sup> *Ven.* peregre; *Far. has* vadunt Romam; *Mus.* sicut ad Stum. Jacobum aut Stum. Petrum.

<sup>6</sup> Alii cum manibus retro ligatis.

<sup>7</sup> Vel tibia.

<sup>8</sup> *Ven. has* corruptum; *Hak.* et *Mus. add* Illum reputant sanctum et bene cum deo suo.

<sup>9</sup> *Ven.* unam unciam veniam, which I do not understand; *Mus.* has unam venam sive lineam, a mistaken gloss; *Marc.* una invenia; *Ram.* una cava.

<sup>10</sup> *Ut. has* unciæ (?); *Far. instead of* veniæ ipsius *has* nomine albius which seems nonsense—perhaps misread by my copyist; *Mus.* lineæ sive venæ ipsius.

<sup>11</sup> *Far. has* signum unum abbie, probably a misreading for illic.

<sup>12</sup> The whole of this passage about the veniæ is omitted in *Hak.* though retained in *Mus.*, and this is, I think, the first material difference between these MSS.

<sup>13</sup> *Hak.* et manifestus.

<sup>14</sup> *Mus.* in honorem ydoli et ad edificationem templi.

<sup>15</sup> *Hak.* quando aliquid debet ornari vel reparari.

<sup>16</sup> *Ven.* Annuatim autem die illo, etc.

<sup>17</sup> *Ven.* factum; *Hak.* et *Mus.* die autem annuo constructionis.

<sup>18</sup> *Mus.* Rex et regina illius terræ cum toto populo et omnibus peregrinis accedunt.